



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Precatio in morbo, & alia quavis afflictione. ij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

inueneſcebat. Deus eſt, inquit, qui promiſit. Ipſe eſt qui etiam impoſſibilia poſſibilia facit. Imitare fidem Abraha. Qui illi promiſit multiplicare ſemen ipſius, etiam nobis promiſit petentibus exhibere petitionem noſtram: dicit enim, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, et ego reficiam vos. Nam cum tu longe ab ipſo abeſſis, ob languentem te & peccati onere granatum, miſericordia motus, te accerſiuit, vt te onere leuaret, & de cateris requiem largiretur.

Math. 11.

Precatio in Morbo, & alia quauis Afflictione.
Ex Tobia cap. 3.

CAPVT
II.

Iuſtus es Domine, & omnia iudicia tua vera ſunt, & omnes viae tuae miſericordia & veritas. Et nunc Domine memor eſto mei, & ne vindictam ſumam de peccatis meis, neque reminſcaris delicta mea, vel parentum meorum: quonia non obediuius preceptis tuis. Et nunc Domine ſecundum voluntatem tuam fac mecum: & praecepe in pace recipi ſpiritum meum.

D. Auguſtini Precatio, pro Patientia in Afflictione, vel Morbo.

CAPVT
III.

Ex lib. Meditationum,
cap. 38.

Pſal. 118.
1. Pet. 5.

Miſerere Domine, miſerere pie: miſerere mihi miſerrimo peccatori, indigna agenti, & digna patienti. Si penſo malum quod feci, non eſt tantum quod patior: grauius eſt quod commiſi, lenius eſt quod tolero. Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum: & non eſt vlla iniquitas in te. Tibi cura eſt de omnibus, praecepue de ſeruis tuis, qui totam ſpem ſuam poſuerunt in ſola miſericordia tua. Idcirco obſecro & ſuppliciter rogo, vt non facias mihi ſecundum peccata mea, quibus iram tuam merui: ſed ſecundum magnam miſericordiam tuam, qua ſuperant peccata etiam totius mundi. Tu Domine, qui

qui exterius flagella irrogas, da semper interius indeficientem patientiam: ita ut laus tua non recedat de ore meo. Misere mei Domine, misere mei: & adiuua me, sicut tu nosti, quod mihi necesse est, in corpore & in anima. Scis omnia, potes omnia: qui vivis in secula. Amen.

Alia, pro obtinenda Patientia, in Morbo, seu alia Afflictione

Clementissime Redemptor, qui semper es misericors, semper es servator. siue tristitia nobis immittis, siue letia. Magna enim misericordia est, dum per externas afflictiones, perque temporarias molestias preparas nos ad sempiterna gaudia: quandoquidem hanc ad veram felicitatem viam ipse nobis tuis praeignasti vestigiis, da ut hunc calicem velut abs te porrectum patienter & obedienter ebibam. Si visum est addere doloribus: adde & Patientia donum. Tibi subiecta est anima mea, quoniam abs te patientia mea: quia tu Deus meus, servator meus & adiutor meus: Deus auxilij mei, & spes mea in te est. Tibi gloria in secula. Amen.

CAPVT

IIII.

Eraf.

1. Pet. 2.

Psal. 61.

Ægrotantis Precatio.

OMnipotens & misericors Deus, qui per aegritudines corporales nos nostra admones mortalitatis, renocans ad penitentiam. Ad te clamo ex toto corde meo: ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Misere mei Domine, quoniam infirmus sum: saluum me fac propter misericordiam tuam. Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac & saluus ero: quoniam laus tua in es. Tu vulneras & mederis: percussis & manus tue sanant. Tu occidis & vivificas: deducis ad inferos & reducis. Proinde si haec infirmitas non est ad mortem: fer opem

CAP. V.

Psal. 6.

Ierem. 17.

Iob 5.

Tob. 13.

b 3

fer opem